

neq; quicquid certi consilii nobis adest, nisi quod deum oramus,  
ut adiutor cause nostrae sit, quod fore confidimus. Ego  
hisc diebus scribere coactus sum apologiam sive constitutum,  
quomodo nostri agere debeant eo animo, ut ne quoz  
illuc profecturum putarem; quid futurum sit adhuc nescis,  
nihil certe dignum efficere possum Philippum, cuius  
apologiam vidi et valde probavi. Dum obiter acta consi-  
liorum oberrans perlustris incidi in locum

in quo aperte suadetur, in eo praecipitur comu-  
nio uxorum; et papista tamen eiusmodi nu-  
gas non modo servant, verum ore edunt; mihi ob hoc  
valde placuit, quod hoc argumento probari potest, nihil  
sub Clementis nomine extare, quod eius sit, id quod vehe-  
menter volebam, quoniam locus ad irridendo, objur-  
gandos et traducendos papistas aptus videtur esse. Literae  
suae proxima quantumvis breves mihi gratissima fuerunt  
usui quoque et utilitati futurae. Praeterea cum res ardua  
sit, quae in Comitibus controversatur; rogemus Dominum  
ut ipse Ecclesiam suam tueatur, id quod certo scio te fa-  
cere, tantum ut etiam pro nobis ores, ne desperamus  
Dominum, ne ex ipse desperat nos. Bene vale in Christo Iesu  
Dominum nostro. Datum Norimbergae 21. Junij 1530.

Inscriptio.

Optimo viro Arist. seruo  
D. Martino Luthero suo in  
Christo fratri.

Andreas Osiander

(64)

D. Mart. Luthero Urbani Rheni.  
Gratiam et pacem in Domino. Jam urgebat tabellarius,  
et literae aliorum in fasciculum collectae erant, et ego  
culamum repente arripui, ne essem a symbolis; quoti-  
die cum per negotia licet, colloquar misceo cum ore et  
pectore tuo Philippo, Jona Islebio et Spalatino; nec habes  
jam ullam

111  
110  
jam ullam aliam studiorum meorum recreationem, quam  
eruditissimas illas cum tantis viris confabulationes,  
quibus si tu quoque praesens esses, nihil jam ad plenum hoc  
gaudium posset desiderari. Facit Christy, ut te propediem  
videam. Hesperum Princeps nuper me ad prandium  
vocavit, adolescens vehementi ingenio et scriptura san-  
cto supra hujus fortuna rationem studiosi, quo cum de  
universa Evangelii causa diu multumque disceptavi,  
duas autem horas de eucharistia. Sed princeps ille  
in numeratis omnibus sacramentalium argumenta, quorum  
solationem à me audire voluit, et gratia dei prestante sic  
ea de re disperi, ut mihi ejus mentem intelligere non fue-  
rit difficile, non sentit cum Zwinglio, ita tamen fassus est mihi,  
votis tamen ardentissimis exoptat doctorum hominum con-  
cordiam, quantum sitis pietas, ad quam rem promissi ope-  
ram meam omnem charitatis, fidem dixi illibatam omnino  
conservari oportere, ceterum charitatem esse exquisitam  
omnibus. Reliqua longius esset recensere, gaudeo certe prin-  
cipem illum multo minus ad discordiam esse pronum,  
quam ante ejus adventum rumor sparserat. in summa  
spem concepi de Hespero, sana eum consilia Philippi  
et aliorum haud quaquam aspernaturum. Salutant  
te nostri omnes. Gratia Domini tecum amen. Ex  
Augusta 21. Maji anno 1530. Era mi Praeceptor,  
Dominum pro me et fratribus, id quod  
pro te facimus sedulo.

Urbanus Rhegius

Inscriptis.  
Martino Luthero, Theologo eruditissimo et  
integerrimo, suo in Christo Praeceptoris charissimus.

Doctori Martino Luthero Joh: Brentius  
S. in Christo. Accepi Amos meum, pater observandissime,  
sed quae tu mihi in praefatione tribuis, ea neque accipis, neque  
agnosco. Libenter quidem admiserim, et summis votis optarim,  
ut spiritus

(65.)